

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Exequias Pias Justas Viro ... Domino Conrado Burkardo Weininger

Hölzlein, Johann Lorenz

[Lörrach ?], 1724

[urn:nbn:de:bsz:31-4583](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-4583)

83
EXEQUIAS

PIAS JUSTAS

VIRO

SUMME REVERENDO, AMPLISSIMO,
DOCTISSIMO

DOMINO

CONRADO BURKARDO
WEININGER,

Consiliario Ecclesiastico, Capituli Röttelani Præsidi,
Superintendenti in Dynastia Röttelana Speciali, nec non Pastori
Lörracensium Primario,

Dominica XVII. Trinit. ipsis Calend. Octobris


A. O. R. MDCCXXIV.

Lörraci celebrandas.

Indicat

SCHOLARCHA

JOHANNES LAURENTIUS HÖLTZLEIN.



ANNO MDCCXXIV.

93

Tangit & angit
Nos Vos Nostrates Vestrates
Angelorum hoc *Festum* planè infestivum
Vita enim exuit vita induit

ANGELUM

Quum naturaliter viveret
in Ecclesia militante strenuè militantem
Nunc quod Christianè vixerat
in Ecclesia triumphante gloriosè triumphantem

Qui
nomine quidem nec *Michael* nec *Gabriel*
sed

CONRADUS BURKARD WEININGER

audivit

Omine tamen & *Michael* & *Gabriel* fuit

ANGELUS inquam

in Angulo Chori Fori ac Thori

Militando contra Satanam *EN MICHAELEM*

Annunciando Evangelium *EN GABRIELEM*

Miraberis Lector

Angelum esse natum ex Parentibus

id quod contingit in Beato

Pfortzheimia

A. O. R. M DC LXXVI. d. 24. Aug.

talis ubi causa qualis effectus

i. e.

Eodem Officio eadem Dignitate fuit *Genitor* p. m.

qua genitus

ANGELO subinde tutelari

Academiis Celeberrimis

TUBINGENSI ROSTOCHIENSI &c.

admotus

non ut *Elias* terrestribus saltem cibus

sed coelestibus planè nutriri cœpit

queis insuper

in Aula *Carolsburgensi* ut Concionator excitavit

Aulicos

in Urbe *Pfortzheimensi* ut Superintendens recreavit

Urbanos

nunc Idem iisdem
in Ecclesiis *Röttelanus* cibavit cives
ut

PRINCIPES haud pauci *Nobiles* bene multi
literati cives rustici ferè plures
Angelicam quandam in Beato suadam
semper fuerint mirati

Quin miratione ejusdem omnino capti
Sed quid est

quod *Angelum* in quovis officii *Angulo*
Omnibus unguis sese exhibuit Defunctus
Qui

in ultimo vitæ halitu *Angelus* esse desit
Mortalitate puta *Angeli* dissimillimus
Angelum mori quis dicit docet ducit

Tacet Scriptura fileat ratio ignorat experientia
Nostrum verò occubuisse morti
Dicit *Fama* docet experientia

Dolet mœstissima Conjux lugent omnes boni
boni Cives pii Præcones Christiani incolæ
Ast

quo deducor mœstitia
re vo co

in vita qui fuit nec in morte desit esse ANGELUS
si non cum Angelis ipso tamen Angelorum FESTO

III. Calendarum *Octobris*

quam primum prodire cœpit
desit esse

ANGELIS

increato SALVATORI commendat animam
Animo constantissimo

Creatis relinquit istam æterno Cœli gaudio inferendam

Jo Sinus Abraham

Heu locus beatorum beatissimus

EN

Isangeliam Gloriosam

Gaudium gaudet cum Angelis Vitam vivit cum Angelis

Canticum canit cum Angelis

Nobis quid relinquit

Corpus exanime decenter sepeliendum

Orphanos non in thoro sed in choro
 Viduam exanimatam ferme nunc derelictam
 Sponsam intellige Ecclesiam omninò desertam
 largiatur *Archangelus*
 Lectissimæ Viduæ vires Angelicas in componendo luctu
 Tristissimæ Sponsæ suavem loco hujus *Gabrielem*
 Afflictissimæ Pastorum Societati gravem æquè *Michaellem*
 Vos autem
 Qui Angelo huic nostro debitam in vita habuistis reverentiam
 Eandem inviti licet habeatis in morte
 procedet funus ædibus quibus inhabitavit Defunctus
 hora post meridiem prima
 prodibunt in istud Superiores nostri maximè devenerandi
 prodibunt inferiores cives rustici
 Concurrent undique cives
 Quid ni
 prodeamus pariter & nos
 Qui
 Officia Virtutes Societatem Amicitiam Nostri
 Devenerati sumus hæctenus
 Devenerabimur in æternum.

Scribebam hæc attonitus ferè festinante calamo
 Lörraci in Ædibus Capituli Röttelani
 Festo *Michaelis* MDCCXXIV.

EPIGRAMMA.

Angelus in vita, nunc letho morte relictus
 Cedit natura, fata suprema subit.
 Angelus in Cathedra, quem sistit suada diserta,
 Hunc Oratorem clausa sepulcra tenent.
 Eben! quid moritur, qui vivis Angelus audit?
 Num pariter norunt, hæc monumenta mori?
 Christiades celebrant leti solennia Sacra,
 Quæ debent Sacris Angelicisque Choris.
 Et Tu contemnis terra ruralia fata,
 Angelici cætus gaudia leta petis.
 Angelus Angelicis angustus adesse triumphis
 Optas, nunc verè vota beata foves.

•••••